

1994

A

7387



3: 2x 16





2.

II.  
3


Q. D. B. V.  
COLLEGII PUBLICI  
DISPUTATIO II.  
De  
**PATRIA POTESTATE  
CONSTITUENDA  
ET DISSOLVENDA,**

Ad  
*Tit. IX. & seqq. libr. I. Institut.*

Quam,  
IN ALMA FRIDERICIANA,  
SUB PRÆSIDIO  
DN. JOAN. SAMUELIS STRYKII,  
J. U. Licentiati & Prof. Publ.  
Extraordinar.

*In Auditorio Majori  
die XIX. Martii A. R. S. MDCXCIII,*  
publicæ ventilationi  
submitte

JOH. DAN. HERPFER, Hanoviens.



HALÆ,  
TYPIS CHRISTOPHORI SALFELDII, REGIMINIS ELECT. BRAND.  
TYPOGR.





G.D.R.K.  
COLLEGIUM PABNICUM  
Dissertatio II  
Patria Potestate  
Constituta  
Eldersovinda

In IX & Octavo M. I. Anno

WALLENBERGIANA  
SUB RECTORIO  
DNI JOAN. SAMUELIS STRYKII  
III. Licentiat & Prof. Publ.

In Actibus Magnis  
in Aula Universitatis  
JOHANNES HENRICH FROVIGIUS

in Curia Universitatis  
LIT.







Th. I.



**X** ipsis Juris N. Principiis fluere patriam potestatem, cui libet facile constat. Miror tamen, quod Ascanius Clementinus Amerinus *Tr. d. Patr. Potest. C. III.* causas ejus a nemine tactas fuisse, suo tempore existimet. Cum tamen illæ vix a quoquam ignorari potuerint, & hodie etiam nostri Moralium Dd. satis superque fundamentum istius edoceant. De ipsis vero effectibus & viribus Patriæ potestatis vid. Philippus Paschalis speciali *Tr.* quem notis illustravit Franciscus Maria Pratus. Et quoad hos effectus recte Patria potestas dicitur *Juris Civ.*

Th. II.

Priora sponsalia publica per posteriora non dissolvi existimo, ut ut ad hæc copula carnalis & sacerdotalis accesserit, imò quamvis liberi jam inde nati. *Dd. in c. 30. X. de Sponsal.*

Th. III.

Cum legitimitas ex LL. Civilibus dependeat, partum illum legitimū credo, qui ex desponsatorum concubitu natus, si fortè benedictio sacerdotalis, propter mortem alterius, secuta non fuerit; nec hoc casu jus Canon. dissentit. Atque ita in Scabinatu Lipsiensi judicatum refert Carpz. *P. III. Const. XIV. def. 12.* An autem talis partus, etiam successione per statutum delata gaudeat, non immerito dubitatur, quos enim statuta pro legitimis non agnoscunt, illis nec deferunt successione. Ad geradam tamen admittitur filia ita nata, cum nec ab hac spuria excludatur Carpz. *P. II. Conf. XIV. def. 58.* Alia est ratio in rebus expeditoriis.

Th. IV.

Sponsalia de præsentis spes Matrimonii, & de futuro, spes sponsaliorum commodè vocantur. Conditionata vero æquè ac pura, sunt de præsentis, præsens enim adest obligatio, hic ad consummandum, illic ad expectandum; quod tamen vulgo aliter explicatur.

) ( 2

Th. V.



Th. V.

Patris consensum ad sponsalia requiri, principia Juris nos docent. Dissolvi tamen non posse sponsalia, inscio Patre contracta, si copula carnalis subsequuta fuerit, non pauci statuunt. An rectè, est quod ambigimus, cum pessima ista cautela consensus Parentum ab uno quovis eludi possit.

Th. VI.

Matrimonium invito Parente contractum nullum esse jure civili satis constat ex §. 12. *Inst. de Nupt.* Unde merito ad substantiam Matrimonii hoc jure refertur consensus. Hodiernis moribus eandem necessitatem consensus adesse dicunt, sed dum dissolutionem matrimonii consummati non admittunt, ipso facto fatentur, hodie ad Matrimonii substantiam non pertinere. Conf. B. Dn. Bruckner *Decis. Matrim. c. 2. n. 126. & seq.* In praxi tamen Jus civile sequendum esse, imprimis si altera persona dissensus Parentum conscia sit, existimamus.

Th. VII.

Benedictio Sacerdotalis, ut ad substantiam matrimonii, in se considerati, non pertineat, nec etiam ubivis observetur, ob quam causam matrimonium apud Belgas, coram Secretario & testibus contractum, validum æq; pronunciat Gerhard. *loc. d. Conjug. th. 468.* nihilominus tamen, ubi LL. Ecclesiasticis illa recepta, necessitatis est, ac eam negligens contra conscientiam peccat.

Th. VIII.

Formula solennis, quam in proclamationibus adhibere solent, wenn jemand was darein zu reden / der thue es bey Zeiten / oder schwicge hernach stille / malè in quibusdam locis omittitur, cum tales proclamationes instar citationis Edictalis habeantur, cum comminatione perpetui silentii conjunctæ. Nihil tamen vetat, quo minus una proclamatio pro tribus, supposito tempore legitimo, fieri possit.

Th. IX.

Frustra est Joannes Nevizanus quod Matrimonium cum vidua admittendum non esse existimet in *Sylva Nuptiali Lib. II. n. 30.* quorum & collimat Hieron. de Ferrara in *Tr. d. vita viduali.* Nihil sanè est quod huic Matrimonio obstet, nec ulla id lege prohibitum dici poterit. Quod enim Petrus Ærodius in *Pandect. rer. judicat. L. 3. tit.*



tit. 18. c. 2. secundas Nuptias genus quoddam honestioris adulterii  
vocet, assensum non meretur.

Th. X.

Apud Hebræos quondam omnes Masculos obligatos fuisse  
præcepto illo divino: Crescite & multiplicamini, ut ante expletum  
annum 20. Uxorem ducerent, testis est Seldenus *d. Jur. Nat. & Gent.*  
*L. V. c. 3.* illud tamen accipiendum esse tanquam præceptum affirma-  
tivum, indefinitum & indeterminatum, & quod non singulos neces-  
sario & quovis tempore obligat, solidissime ostendit. Dn. à Pufend.  
*L. 6. c. 1. §. 7.*

Th. XI.

An Principi potestas competat, compellendi aliquem ad con-  
trahend. Matrimonium, dubio non caret. Sanè injustam legem esse,  
qua Princeps omnibus civibus necessitatem contrahendi Matrimo-  
nium injungere vellet, satis constat. Sed supponamus casum de  
uno cive, in quo neque ætatis, neque facultatum nullus defectus est,  
quid tunc pronuntiandum? sc. id Principi non aliter permissum esse  
existimaverim, quam si & ipsi contrahentes in Matrimonium con-  
sentiant.

Th. XII.

Imperium Mariti in Uxorem juri N. si ad id Uxor pacto se ob-  
strinxerit, convenientissimum est. Nec conjugalis amor me-  
tu Imperii tollitur. Jure divino expeditum est, Uxorem vo-  
luntati mariti subjectam esse, hinc istam formulam, und dein Wil-  
le soll deinem Mann unterworffen seyn/ und Er soll dein Herr seyn/ in co-  
pula Sacerdotali omitti non posse, non sine fundamento asseritur,  
ita ut Maritus ne quidem huic juri renunciare valeat. Jure civili  
mulieri Imperiosæ non competere privilegium prælationis in repe-  
tenda dote ob *l. asfiduis 12. C. qui pot. in pign.* probabiliter existimo. Cum  
id fœminis concessum sit propter obsequia quæ Maritis præstant.

Th. XIII.

Polygamiam Juri Naturæ repugnare, ideo saltem statuendum  
non est, ne veteres Patriarchæ ac Prophetæ in perpetuo peccato vi-  
xisse dicantur. De jure divino majus dubium est, textus tamen  
*1. Corinth. 7. v. 4.* non aliter obstare Polygamix videtur, nisi quam-  
diu uxor dissentit. Sed admittamus eam jure divino prohibitam,

) ( 3

non





non tamen mox eapropter capitis supplicio illa vindicanda, multo minus Principi aggratiandi potestas adimenda.

Th. XIV.

Polygamiam gravius delictum adulterio esse, urget Carol. V. in *Nemesis sua Art. 121.* Qua ratione etiam Jcti Evangelici subinde utuntur; Cum tamen juri divino adversa, ubi adulterii pœna nunquam dictata Polygamo, bene tamen adultero. Imo sapit reliquias Papatu, ubi Matrimonium pro sacramento reputatur, cujus violationem hic adeo vindicandam esse censuit Carol. Imperat. Sic ergo unam Uxorem honesta ratione superinducere capitale erit: Sed 20. meretrices cum Uxore alere (extra Saxoniam Electoral.) capite non luendum, sc. hic nulla violatio & iteratio Sacramenti: Atqui vero fundamentum hoc explosum ab Evangelicis, & tamen decisioni inde promananti inhærent.

Th. XV.

Ad Morganaticam contractum Matrimonium, justitiæ regulis nullo modo contrarium est, nec minor vinculi obligatio, quod sinistra manus in desponsatione porrecta, nam & dextram salvo pacto Morganatico porrigi posse, nemo facile ambiget. Vid. Dn. Linck. *Disp. de Matrimon. L. Salica contract.*

Th. XVI.

Quæ autoritate Hyppocratis in *L. septimo mense 12. ff. de statu hom.* recepta sunt, vim necessariam obligandi non habent, sed si a peritioribus Medicis demonstrari possit partus sextimistris vitalitas, nemo dubitabit, etiam hunc legitimum esse.

Th. XVII.

Matrimonium fratrum & sororum contra jus Morale naturale non esse, primum conjugium liberorum Adami sine dubio docet. Vid. omnino illustris Pufendorfus *Tr. de J.N. & G. l. 6. c. 1. §. 43.*

Th. XVIII.

An Princeps legem ferre possit, ut nemo subditorum absque suo consensu nuptias celebret, dubitatur. In Neapolitano & Sicilia Regno talem constitutionem existisse, qua Barones Regni, absque permisso Regis, neque ipsi uxores ducere, neque sorores, filias, neptesve uxores aliis dare potuerunt, docet Marian. Freccia *Tr. de subfend. Baron. L. 2. Differ. princ. 48. n. 22.* atque illam prohibitionem

nem



nem confirmatam fuisse sub Hispaniæ Rege Philippoll. testis est Don-  
Garcias Mastrillo *de Magistratibus L. 4. c. 13. n. 213.* Ab initio fateor ta-  
les Constitutiones libertatem Matrimoniorum impedire videntur,  
cujus & opinionis est Beustius *d. Sponsal. C. XXI.* At nihil iniquitatis  
tales leges continere cum Clarissimis Viris statuimus.

Th. XIX.

Matrimonium Principis cum Virgine nobili omnino legitimum  
putamus, liberique ex tali matrimonio prognati, non minus sunt  
Principes, imo cum liberis ex Matrimonio, quod eidem Principi antea  
cum illustri Coniuge intercessit, natis, æqualiter succedunt; quorsum  
conferri meretur Franc. de Amaya ad *L. Exemplo 36. n. 10. C. de decurion*  
quod thema pluribus excussit Henricus Salmuth. in Reponso pro  
Matrim. Princip. cum Virgine Nobili.

Th. XX.

Matrimonium quod conscientia vel *ad Thalac* vulgo audit,  
Gallis *Mariage de conscience* parum præsidii conscientia præbet.  
Quamvis enim clam matrimonium contrahere & contubernium  
conjugale tantisper celare, peccatum per se non inferat; Scandalum  
tamen gravissimum datur aliis, qui illicitæ veneris reum existimant  
illum, qui tamen in clandestino vivit Matrimonio. Scandalum vero  
hoc si absit, nec aliud quidpiam obstet legitimo conjugio, tolerari  
tandem hæc conjunctio posset. V. omnino celeberrimus Dn. Gerh.  
Feltmann. *Tr. d. impari Matrim. P. I. c. 1. n. 140. & seq.*

Th. XXI.

Ex justo Matrimonio, nullo accedente amplexu adulterino, spu-  
rium jure Civili nasci posse, constat.

Th. XXII.

Ex Matrimonio planè incestuoso filium nasci posse justum &  
legitimum, Jus can. docet.

Th. XXIII.

Dotare tenetur Pater filiam, eiqve conditionem honestè nu-  
bendi quærere *l. capite 19. ff. d. Ritu Nupt.* Quæ necessitas dotandi non  
saltem ad illam pertinet, quam in potestate habet, sed etiam ad eman-  
cipatam. An vero Patrem eadem necessitas adstringat, filiam lo-  
cupletem dotandi, id nondum satis expeditum est, Placet affirman-  
rium



tium opinio, propter insignem text. in *l. ult. C. d. dotis promiss.* nec hic argumentum negativum ab alimentis ad dotem admittimus.

Th. XXIV.

Liberi per subsequens matrimonium legitimati, cum & hi sanguinem à primo acqvirente trahant, in feudo etiam succedere debent Johan. Rudinger *Var. Lect. Jur. feud. L. 1. c. 16.* Nec *C. naturales 2. Feud. 26.* huic assertioni obest.

Th. XXV.

Non inutilis quæstio est, an invitus quis legitimari queat. Interdum enim ubi adolevit filius bonaq; acqvifivit, Pater legitimationem urget, saltem ut per eam spem successionis nanciscatur. Rem distinctione expediendam existimo, ita, ut filii consensus in legitimatione per subsequens Matrimonium non quidem requiratur, bene tamen in aliis.

Th. XXVI.

Ignobilem à Patre Nobili adoptatum plenè, vel arrogatum, Nobilem fieri, de jure civili defendi potest *l. 5. & 6. ff. d. Senator.* Hodie tamen indistinctè id negandum esse censeo, cum nobilitas non à potestate Parentis dependeat, sed ex liberalitate Imperatoris ad sanguinem illius, cui collata Nobilitas, restricta.

Th. XXVII.

Unio prolium imago adoptionis dicitur, an vero æqvè ac adoptio Patriam Potestat. tribuat, quæritur; Magis est ut negemus, cum ea modis jure receptis, non privata conventionione acqviratur.

Th. XXIX.

Summam Patriciatus dignitatem olim à Patr. Potest. liberasse constat §. 4. *Inst. quibus mod. patr. potest.* in quam rem conferri meretur Joh. Jac. Draco *Tr. d. Origin. & Jure Patricior.* Quæ sine dubio & hodie liberat. Per Patricios tamen hodie intelligi Electores uti vult Héigius *P. I. Q. 4. n. 13.* vel generatim omnes Principes Imperii, quæ sententia est Giphani ad §. 4. *Inst. d. t.* non arbitramur veritati conveniens. Rectius ergo Consiliarios Imperatoris hodie eo nomine venire asserit Jacob. Gutherius *de Offic. Dom. Augustæ l. 2. c. 19.* quod nos etiam ad Consiliarios Principum referendum credimus.



94 A 7387

ULB Halle

3

006 301 592




V. 17











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

2.

II  
3

Q. D. B. V.  
LEGII PUBLICI  
DISPUTATIO II.

De  
**POTESTATE  
TITUENDA  
SOLVENDA,**

Ad  
*seqq. libr. I. Institut.*

Quam,  
IA FRIDERICIANA,  
SUB PRÆSIDIO  
SAMUELIS STRYKII,  
ntiati & Prof. Publ.  
Extraordinar.

*Auditorio Majori  
Martii A. R. S. MDCXCIII.*  
blica ventilationi  
submittit

IERPFER, Hanoviens.

HALÆ,  
SALFELDII, REGIMINIS ELECT. BRAND.  
TYPOGR.

